

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Vita S. Maxellendis virginis & Martyris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

NOVEMBER.

324

rite, quæso, succurrite, & pauperi victus necessaria ministrare. ignari enim estis & des-  
des, an forsitan ipse sit, qui se per Euangelicæ Lectionis seriem reficiendum in pau-  
ribus minimis esse mandauit. Eijeiebat autem dæmonia se confitentia. In monas-  
trium verò Candidobrense veniens, cùm energumenum quendam reperisset ar-  
cius debacchante, misit presbyteros, vt ei manus imponerent: sed cùm eorum ex-  
orcizatio larua non fuisset expulsa, sanctus Dei cominus appropinquans, immul-  
Expellit de in eo suis digitis, personam reddidit absolutam. Multa & alia miracula vir beatu-  
monem.

operatus est, & oratione facta sapientius, quæ petisset, à Domino obtinebat.

Porrò in territorio Aruerno quodam tempore, cùm magna siccitas arua con-  
meret, & arentibus herbis, nulla penitus iumenta pabula remanerent, & sanctus De-

Notæ anti-  
quissimum  
volum Ro-  
gationis an-  
te Domini  
Ascensio-  
nem.

Reg. 8.

Rogationes illas, quæ ante Ascensionem Dominicam aguntur, deuotissimè celeb-  
ret: die tertia, cùm iam portæ ciuitatis appropinquarent, suggerunt ei, vt ipse antiphonam dignaretur imponere, dicentes: Si tu, beate pontifex, deuotè antiphonam  
imposueris, confidimus de sanctitate tua, quod protinus nobis Dominus pluia  
dignabit benigna pietate largiri. At ille prostratus super cilicium suum, in ipsa pla-  
tea diutissimè cum fletu orauit. Exurgens autem, antiphonam, quam petebant, in-  
positus. Verba autem ei ex illa Salomonica orationis serie, hæc erant: Si claudio ex  
pluia non fuerint propter peccata populi, & conuersi deprecati fuerint faciem  
am, exaudi Domine, & dimitte peccata populi tui, & da pluiam terra, quam dedi-  
populo tuo ad possidendum. Cumque psallere deuotissimè cecepissent, penetrav-  
excelsæ potentiaz aures humilis oratio confessoris: & eccè contenebratum effi-  
lum, ac nubibus obiectum: & priusquam portam urbis attingerent, descendit plu-  
via vehemens super vniuersam terram, ita ut omnes mirarentur, ac dicerent, ad-  
cessi beati viri hoc fuisse largitum.

Senuit autem sacerdos Dei, & intantum atate prouectus est, vt sputum oris inter-  
ram projiceret: sed adhibito labijs linteolo, in illud saliuas oris expos-  
ret. Non caligauit oculus eius, nec immutatum est cor à vijs Dei: non se posuit u-  
tum pauperis, nec metuit personam potentis: sed vna eademque ei fuit in omnibus  
sancta libertas, vt ita suscipiter penulum pauperis ac si veneraretur togam inclivis  
natoris. Obiit autem perfectus in sanctitate, & sepultus est in basilica sancti Stephan-  
i ad laudem altaris. Ad cuius nunc tumulum plerunque quartana febris melancholia  
compressa restinguitur.

VITA S. MAXELLENDIS VIRGINIS ET MAR-

TYRIS, VT HABETVR IN MS. EXEMPLARIBVS,

incerto quidem authore, sed fide digna. Stylum hincinde corre-  
ximus, & quedam contraximus.

Noubris 13

Patria &  
parentes S.  
Maxellen-  
dis.

Optima vi-  
ta institu-  
tio.

Desponsa-  
tur à paren-  
tibus vni vi-  
ro, ea igno-  
rante.



EMPOR E illo, quo sanctus Vindicianus, à S. Vedaldo  
octauus, Cameracensi seu Atrebateni Ecclesiæ præfide-  
bat, sancta Maxellendis in eadem Cameracensi prouincia  
inclitis admodum paréibus, & generis nobilitate, & spu-  
eta religione claris, patre Humlino, matre Ameltrude  
orta est feliciter, sed feliciter renata. Inde parentum cura  
diligenter enutrita, cùm iam adoleuisset, non, vt solet puer-  
laris atas, vanis adolescentularum conuenticulis & con-  
fabulationibus sese admiscebat, nec lubricis implicabat  
moribus: sed toto animo diuino se timori mancipau-  
it, & quantum iuentus ipsa patiebatur, præcepta Euangeliæ  
intra pectoris sui penetralia complectebatur. Studio & cultui preciosarum veltum  
nullo modo vacare voluit, & ornamenta muliebria prorsus respuit, meliorem illam  
animi pulchritudinem expetens, vt ei, cui se voverat, per omnia placere posset.

Fama autem illius & in propinquas & longinquas regiones sese diffundente, mul-  
cam à patre illius sibi coniugem perierte. Sed sciens ille filiam à coniugio abhorre-  
corum preces differebat. Erat in ijs nobilis quidam infensus, Harduinus nomine: qui  
vt erat potentior cæteris, ita confidentius Humlinum & promissis & precibus ad al-  
fidentium impellebat: nec prius desistit, quām voro esset potitus suo. Cumque cer-  
tus esset sponsalijs præstitutus dies, latus abscessit. Factum id est puella ignorantia  
Itaque

Itaq; post dies aliquot sciscitatur ex ea parentes, velit' ne nubere viro illi, cuius sit forma egricia, magna dignitas, multa opes: aiuntq; posse eam etiā in matrimonio com mode seruire Deo. Virgo sancta, cuius animo iam hęc & terrena omnia viluerant, petit sibi dari spatum liberandi in diem crastinum. Interim tota nocte in preces incumbens, orat obnoxie Dominum, nē sinat vñquām corrupti corpus suum, quod se voulset ei castum & integrum conseruaturam: sed vires atq; robur sibi suppeditet, quō possit vincere aduerarios. Deinde & Euangelicis confirmata sententijs, & Angelica, via iuncta, visione animata, manē accedit parentes, eosq; sic appellat: Decet quidem & me, & omnes diuinę legis cultores, parētibus suis cum, quę par est, habere honorem: sed si quid sinistrum & à via Dei alienum persuadere velint, haudquaquam mos illis gerendus est, sed Deo potius obtemperandum. Ita cū ego consilia vestra longè à salute mea discrepare videam, id vobis planè cōfirmo, me minimē facturam quod hor tamini. Ego enim virginitatem meā ab infantia Christo consecravi. Non ergo, mī pater, cuicunq; me in scia, despondere me debuisti, pr̄sēritim cū id attatis iam attige rim, vt possim, quid sit ē re mea, peruidere. Etsi autē à vobis dictum heri est, posse me & coniugio & Deo vacare, mihi certe perabsurdū videtur, prioris sponsi, id est, Christi redemptoris mei amori quemlibet mortalem, quantuñis potentem, anteponere. Itaque mihi prorsus decretum est, Christi me adiuuante gratia, nunquam à sancto proposito deflectere. His dictis, non sine parentum offensione discessim est.

Recusat pla  
nē matr  
monium,

Iam vero aderat sponsaliorum dies, & Harduinus ultra modū nuptijs inhians, cum multa amicorum turba aduolat. Porro Humlinus in magnas coniectus angustias, virginem admodū reluatantem secum abducit ad locum, contrahendo matrimonio definitum. Vbi quātūm se & dicitis & facitis virgo opposuerit, vix explicari verbis possit. Iam enim quodammodo pr̄sētiens imminere sibi cædem, sic coram omnibus constanter & intrepidē locuta est: Video sanę, & admitor vos omnes, dum contra vnam venit pueram, laborem multum frustra suscipere, & prorsus inania agitare consilia. Nam etiamē Harduinus in ceruicem meam gladium vibrat, Christo proprie- tate, cui me tota devotione commisi, nunquam me sponsam habebit. Hęc cū illa dicitur, alijs ad sua reverentibus, ad paternas se recepit aedes, & deinceps plū solito palam se dedit pijs operibus exercendis: vacabat ieiunijs, vigilijs, orationibus, carnisque macerationi: prefabat eleemosynas, refocillabat inopes, visitabat infirmos, & cetera misericordia officia exhibebat, idque tanto ardentiū, quanto celerius se per martyrium ad Christum abituram, illo inspirante, cognorat.

Constante  
rejicit spon  
sum poten  
tem & diu  
nitatem.

Interea parentes eius à quādā amico inuitati ad conuiuum, cum familia sua eō se conferūt, sola Maxellende cum nutrice eius domi relicta. Nolebat enim illa interesiē No vuln  
eris inquām conuiuijs & lautitijs, quōd sciret multos inter cōuiua iactari sermones, terfēs con  
parūt honestos, immō & perniciosos, quibus & boni mores, & sensus hominis facile  
num. cōtrumpātur. Id vbi Harduinus compērit, letatur impensē se opportunū iam tempus  
nādūm suę explendē libidinis. Adiunctis igitur sibi aliquot satellitibus, properat ad  
aedes Humlini. Id sentiēt Maxellendis, orat Deum, vt se tueatur: indē nutricem hortatur, vt clausis ostijs, ipsam alicubi abscondat: non quōd morte formidaret, sed quōd timet pudicitia sue. Paret nutrix, obserat fōres: veniunt hostes, non curāt nutricem, eam abesse affirmantem, irruunt in aedes, perscrutantur omnia, nec tamen inueniunt virginem, lam rado affecti recedere volunt, & ecce vnuſ ex illis eos retinens, ait: Si  
cistam hanc aperiatis, fortassis illic latitantem reperiatis. Mox aperitur cista, virgo lu  
gens extrahitur, & ad Harduinum adducitur: qui cū mōrentem blanditijs delini  
remoliretur, illa constanter ait: Frustrā virulentos ingeris sermones neq; te, neq; tuas  
minas curanti. Nulla me ratione impedire poteris, quin reddam altissimo, quod ei  
pollicita sum. Corpus occidere potes, animam non potes. Ego verò Domini mei &  
animata doctrina, & promissionibus fidens, bona eius credo me in terra viuentium, Psal. 26.  
in fandatur virginum contubernio iucundissima animi exultatione visuram. Dixit,  
& totis viribus ē manibus improborum se subducit: sed fugientem sequitur Harduin  
us malitia inflammatus, suoq; eam enī ingulat. Felix anima, palma martyrij, quod  
semper experiērat, adepta, migrat in cælestes beatæ patriæ mansiones. Harduinus ve  
rò vbi vidit sanguinem ē corpore virginis manantem, repente excrucatus est. Quod  
clementer eius comites, nē ipsi quoquāc easdem darent poenas, relicto illo, in sua cum  
ignominia redire.

Occiditur  
ab Hardui  
no, dum nō  
vult ci cons  
tentire.

Vbi autem cædis huius fama increbuit, parentes virginis cum multis alijs tristes eō  
Ec prope-

URIUS

Opere  
Jobet

RVIII

5

NOVEMBER.

326

properant honorificas ei exequias celebrant: pleriq; etiā ē Clero corpus feretro impositum, in basilica beatorū Petri & Pauli Apostolorum, sancti Sulpitii, quae in proximo pago, quē Pomeriolas vocant, condita est, sepultuē mandarunt. Post annos tres fœmina quēdā Amaltrudis nomine, vidua religiosa, quę eam basilicam cōdiderat, & illuc vigilijs & precibus assiduē vacans, non nisi ad breue tempus indē exhibat: cūm nō ētē quadā fessa membra quieti dedisset, ē cælo lapsum audiuit vocē, ipsam admonetē, vt ad beatum Vindicianum Cameracensem Episcopum eat, illumq; hortetur, ut corpus sancte virginis ē terra leuatum, ad locum cēdis eius reporteret, quod Deus illic signis & miraculis eam illustrare velit. Refert illa quę audierat, ad Episcopū, isq; nihil hésitans, certo die adiunctis sibi non paucis ē Clero, & vita religiosae viris, quibus se iuxta ingens populi multudo, fama rei quę acciderat, excita, ad virginis sepulcrum properat. Cumque ēdē ventum est, cūm metu & reverentia leuatum ē tumulo corporis sacram, in feretro congruē preparato componitur, & cūm hymnorum psalmorumque modulatione ad locum, qui Chaldericus dicitur, deportatur.

Sacrum cor.  
pus eius ele-  
vatur.

Harduino  
restitutus  
vīsus.

Peruénit autem ad miserum Harduinum, transferri corpus virginis. Itaq; assumptu itineris duce, venit obuiā sacro corpori, humiūq; se sternens, cum lacrymis petiviam facinorū suorum, recipitq; amissum oculorum lumen. Id cernes populus, prorumpit in laudes Dei. Porro Harduinus tanto affectus beneficio, gratias immēlas agit sancte virginī, & coram omnibus palam confitetur, quemadmodū eam ipse occiderit, & lumine orbatus sit. Postquā autē in Chalderici ecclesiam venire, sacrum corpus illic honorificē condicū est, & Missarū solennijs deuotissimē celebratur, omnibusque ritē peractis, plebs dimissa est. Episcopus verò Clericos & religiosas fœminas illic constituit, vt deinceps itā, vt par erat, omni tempore debitum ibi officium perfueretur. In quorum sumptus necessarios Humlinus sancte virginis pater, intra cūmditionem hæc gerebantur, omnes facultates suas contulit ecclesia illi, eius expensis & opera extructa. Ei donationi adfuit Episcopus & plebs, quam tunc conuenerat. In autem tempore, vt fida testatur antiquitas, multis eidētestimoniis miraculis per sancte virginis merita locus ille floruit, quę tamen scripta non extant.

Corpus vir-  
ginis Ca-  
meracum  
transfertur.

Is Lietber-  
tus obiit  
anno 1076.

Postea verò corpus eius Cameracū trāflatum, in ecclesia beati Martini, sanctimoniis debita illic officia exhibētibus, aliquādiū queuit. Sed cūm locus ille properabitantium demerita, crebris estē incendijs obnoxius, Rotardus vicefimus à beato Vindiciano Episcopus, sanctū corpus indē transfertulit in beate Marię oratorium, quod illic usq; ad Lietberti, tertij ab eo antistitis, tempora permāvit. Qui cūm effet via sanctissimus, inter alia recteſeta sua, Peronā, ubi fuit aedicula sancti Quintini martyris, in sancti Andrea honorem monasteriū extruxit, idque egregiè tum temporalibus, tum spiritualibus bonis dotauit, atq; eō preciosa corpora sancte Maxellendis & beati Sarii confessoris, Cameraco apportāda curauit. Dies martyrij sancte Maxellendis celebatur Idibus Nouembriis, ad laudē p̄pōrētis Dei, qui est benedictus in secula. Amen.

VITA S. HOMOBONI CIVIS CREMONENSIS  
CVLTIORI STYLO SCRIPTA A CANONICIS CA-  
thedralis Ecclesiæ Cremonensis, viris doctissimis.

PRAEFATIO AD REVERENDISSIMVM EPISCO-  
pum Cremonensem, Nicolaum Sfondratum.

REVERENDISSIMO ET VALDE ILLVSTRI D. D.  
NICOLAO SFONDRATO EPISCOPO CREMONENSI,  
Cathedralis Ecclesiæ Cremonensis Canonicorum  
Collegium S. P. D.

**N**VLA vñquam fuit benē constituta in terris Respub. dignissime Antistes, que insignium virorum memoriam, qui egregijs vel belli, vel pacis artibus partam sibi gloriam, posteris ac patria tradidunt, publico aliquo, atq; eo amplissimo monumento consecrādam non putarit: vt diuinis illos, prop̄e honoribus prosequendo, & præclarām̄ benē meritis referret gratiam, & iuuenum animos ad imitandum vehementissimē accenderet. Qua quidem in re-

dum